

VERSIONES.

Syriacus n. 40. Et abiit trans Iordanem in eum locum, ubi fuerat Ioannes, prius dum baptizaret: fuitque illic.

Arabicus. In quo Ioannes baptizabat primum.

Syriacus n. 41. Veniebant autem homines quamplurimi ad eum, & dicebant: Ioannem nec vnum quidem signum edidisse.

Arabicus. Non fecit signum aliquod. Theophylact. Signum edidit nullum.

Syriacus n. 42. Quaecumque autem Ioannes dixerat de viro isto.

Arabicus. Multi ex illis crediderunt.

EXPOSITIO VIII.



BIIT iterum. Ut cederet furori Iudaeorum. D. Chrysostr. Vt absentia ipsius sedetur, & quiescat indignatio. Et dicitur iterum, quia antequam Christus praedicatione se manifestaret, solebat illic ad tempus habitare, Ioan. 1. num. 28. Trans Iordanem in eum locum. Qui vocabatur Bethania, seu Bethabara. Vbi Ioannes primum in exordio suae praedicationis baptizauerat. Ibi quoque Christus ab eo baptizatus; postea Praecursor baptizavit in Aenem iuxta Salim, Ioan. 3. num. 23. Cur autem Christus potius tetenderit in illum locum, quam in alium docent communiter D. Chrysostr. Leontius, Euthymius, Theophylactus, D. Thomas, Carthusianus, & alij. Vt turba Dominum ipsum secuta ex loci conspectu recordaretur testimonij, quod Ioannes ipse praebuerat, quod verus Messias esset, & ita crederent in eum, & ideo hac de causa Euangelista notavit locum, ad quem se contulit. Adde etiam, quod ob suum eximium amorem in suum Baptistam, voluit repetere loca illa, in quibus ipse degerat, ut solent facere illi, qui multum se diligunt. Et mansit illic, per tempus scilicet aliquod.

83. Et multi venerunt ad eum. Venerunt cum eo, fugientemque secuti sunt, & multi etiam ex aliis locis fama miraculorum Christi conuenerunt. Et dicebant. Duo ponunt efficacia argumenta, ut in Christum credant. Primum: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Ioannes cum tam magnus haberetur in populo, ut etiam de illo divulgaretur opinio, quod esset Christus, tamen nullum fecit miraculum; ergo hic praecellens est Ioanne, dignissimusque ut illi credatur, ac tanquam Messias habeatur. Ecce memoria Ioannis ad fidem profuit, atque ut in Christum crederetur inducebat: nam ex collatione vtriusque veritas deprehendebatur.

84. Omnia autem. Ecce alterum argumentum credendi. Quaecumque dixit Ioannes: de hoc. Nempe Iesu Christo. Quod ipse sit filius Dei, agnus Dei demonstratus, maior dignitate, fortiorque ipso Ioanne virtute miraculorum, ac efficacia baptizandi in Spiritu sancto, & auferendi peccata mundi, Matth. 3. num. 11. Ioan. 1. num. 26. & sequenti-

bus. Vera erant. Quae dicebat Ioannes vera extitisse aperte probauit euentus. Euthymius: Quaecumque de hoc dixit Ioannes vera erant rebus ipsis iam demonstrata. Vnde subdit Euangelista: Et multi crediderunt in eum; quod ipse esset verus filius Dei, verusque Messias promissus in lege. Euthym.



CAP. XXXII.

Adolescens interrogans de vitae perfectione.

Matth. 19. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? num. 16.

Abulc. Christus de ista vita beata praedicabat; ideo quaesuit iste genus boni, quod faciendo in illam iret felicitatem. Quae iste, ait Beda, in Matcum, ut doceatur: non per parabolas sed aperte, quibus operum meritis vitam aeternam consequi possit. In hoc iste laudandus, quod non postulat miracula, ut alij, qui signum de calo petebant, non corporis sanitatem, ut multi, qui petebant temporalia, sed ostendi sibi viam petit, per quam ad vitam aeternam perueniatur, ut notauit D. Chrysostr.

Num. 17. Qui dixit ei: quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata.

VERSIONES.

Syriacus. Et venit quidam accedens, ac dixit ei: Doctor bone, quid boni faciam?

D. Prosper. Quid faciens consequar vitam aeternam?

Vatabl. Pagn. Cur me vocas bonum? num. 17. Nullus est bonus, nisi vnus, nempe Deus.

D. August. Si autem vis ad vitam venire, serua mandatum.

ALTER TEXTVS.

Marc. 10. Et cum ingressus esset in viam procurrens quidam genuflexo ante eum, rogabat eum: Magister bone, quid faciam, ut vitam aeternam percipiam? num. 17.

Num. 18. Iesus autem dixit ei: quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus.

Luc. 18. n. 18. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam aeternam possidebo?

Num. 19. Dixit autem ei Iesus, quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus.

EXPOSITIO I.

ANSENIUS cap. 10. hanc historiam cum ea de pueris oblati ponit post historiam de Publicano. Quia vero Ioannes in fine superioris cap. 10. n. 40. ait, quod Iesus abiit iterum

Historia textu. Matth. 19. iterum trans Iordanem; & Matthaeus scribit cap. 19. num. 1. Quod Iesus venit in fines Iudaeae trans Iordanem: Et cum ibi esset, inrerogatus est a Pharisaeis, si licet homini dimittere uxorem. Et postea manus imposuit super pueros oblatos. De quibus iam aliqua diximus supra cap. 18. Et quia praedicatoribus Dei verbi maxime inferuire intendimus; ideo iuxta Matthaei textum sequitur haec historia.

2. Ecce vnus. Cum Euangelista ait, ecce, attentionem parat historiae, Vnus, cupidus de sua salute, accedens ad abeuntem a loco, in quo prius erat. D. Marcus scribit, genuflexo, quod denotat magnam reuerentiam, aut venerationem. Magister bone. Sic Hebraeorum Doctores captanda benevolentiae causa pro magna laude, ac honore a suis discipulis salutabantur. Quid boni faciam? agnoscit ad obtinendam vitam aeternam non otiose esse viuendum, sed benefaciendum, ac operandum, ut certo habeam vitam aeternam; nam, ut ait Abulensis: Christus de ista vita beata praedicabat; ideo quaesuit iste genus boni, quod faciendo in illam iret felicitatem. Quae iste, ait Beda, in Matcum, ut doceatur: non per parabolas sed aperte, quibus operum meritis vitam aeternam consequi possit. In hoc iste laudandus, quod non postulat miracula, ut alij, qui signum de calo petebant, non corporis sanitatem, ut multi, qui petebant temporalia, sed ostendi sibi viam petit, per quam ad vitam aeternam perueniatur, ut notauit D. Chrysostr.

3. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? sic scribit D. Matthaeus. At D. Marcus, & Lucas sic dictam referunt: Quid me dicis bonum? Et quamuis Euangelista discrepare videantur, minime inter se discrepant, vtrumque dixit Christus Dominus, ut docet D. Augustinus lib. 3. de consensu Euangel. cap. 63. Quid me dicis bonum, & interrogas me de bono? Nam quid me dicis bonum? refertur ad illud: Magister bone. Vnus est bonus Deus. Marcus, & Lucas habent: Nullus bonus, nisi solus Deus. Vnus Deus per se, & natura sua bonus est, habet enim a se omnem bonitatem, cuius fons est; a quo homo, & reliqua creaturae hauriunt bonitatem. Sicque Christus Dominus humiliter omnem laudem, ac bonitatem suam in Deum refert, ut nos idem facere instruat. Sicque eum inducit, quod si eum bonum agnoscit Deum esse fateatur. Ita communiter Patres; de quo latius, quaest. 2. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Is enim vitam assequitur, qui praecpta adimplet; non enim sola fides sufficit, sed etiam necessaria est mandatorum obseruatio. Adolescens dixerat vitam aeternam, ut habeam vitam aeternam. Christus solum appellat vitam, quia vita aeterna simpliciter, ac proprie est vita permanentis; haec vero dolore plena, ac sensim deficit, ac ad mortem tendit.

August. Quare Christus redarguit iuuenem, quod eum bonum vocauerit?

Marcus, Lucas. D quaestionem respondent, primo frequenter Patres, N. D. Cyrillus Alexandrin. lib. 2. Theaur. cap. 1. Ac si dicat Christus: Cur, ait, ad hominem solummodo venis, & quod Deo naturaliter inest, mihi attribuis? Vnus est enim natura bonus; Deus videlicet: si ergo me credis Deum esse, atque adeo bonum, qui quasi ad hominem venis? Sin autem Deum esse non putas, sed hominem solummodo, quare quod Deo soli attribuitur, homini accommodas? D. Augustinus lib. 3. contra Maxim. cap. 23. Responde, ait, me appellabis bonum, si me noueris Deum. Nam quando me nihil aliud, quam hominem putas. Quid me dicis bonum? Non te facit bonum, nec beatum, nisi bonum immutabile, quod est solus Deus. Theophylact. Verbis istis, ait, Christus mentem hominis illius sublimiorem reddere vult, ut ipse tanquam Deus agnoscat. Idem docent D. Gaudentius tract. 7. D. Hieronymus, D. Ambrosius in Lucam, D. Nazianzenus cit. orat. 36. Sic respondet Christus adolescenti, qui eum bonum vocauerat: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus. Vt scribunt Marcus, & Lucas. Venerat adolescens multum rudis in Christi cognitione, eum enim solum existimabat hominem, voluit ergo Dominus eum inducere ad plenam, ac perfectam sui fidem, ac proinde veluti obiurgando ait illi, quid me vocas bonum? crede me esse Deum, DD d 4 &

QVÆSTIO I.

Quis esset iste iuuenis, & quo animo accesserit ad Christum?

4. Dives habetur ut princeps. Dives Iuvs Matthaeus in praesenti num. 22. scribit de eo, quod adolescens erat habens multas possessiones; sic de eo narrat D. Lucas, quod erat dives valde, & inter Iudaeos princeps. Et qui tam

diues erat, & tantas possessiones habebat, planum est, quod ut princeps a populo haberetur.

Aliqui Patres antiqui, ut D. Hieronymus in praesenti, D. Ambrosius in cap. 18. Luc. N. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Theaur. cap. 1. D. Gregorius Nazianzenus orat. 36. quae est. 4. de Theolog. existimant hunc adolescentem fuisse illum legisperitum, de quo scribit D. Lucas cap. 10. num. 25. Melius ramen D. Basilius homil. contra diuites avaros. D. Chrysostr. homil. 64. in Matth. Euthymius, Theophylactus, docent hunc adolescentem esse diuersum ab illo legisperito; nam si esset legisperitus hoc Euangelista exprimerent, cum de eo declarant, quod erat diues, adolescens, ac princeps, & cum esset adolescens communiter legisperitus reputari non poterat.

Quantum ad animum, quo venit; citati D. Hieronymus, Ambrosius, D. Cyrillus, cum dicant fuisse illum legisperitum, consequenter dicunt, quod animo tentandi venit, ut etiam tenet D. Epiphanius haerel. 64. E contra tamen D. Chrysostr. D. Basilius, Euthymius, Theophylactus, citati Abulens. quaest. 107. & communiter recentiores Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenf. Cornelius, & alij docent hunc adolescentem non malo, sed bono animo, ac simplici ad Christum adiiisse, accessit genuflexo, quod superbia Pharisaeica non solebat facere. Secundo, quia quando aliquis tentandi animo Christum interrogat, hoc Euangelista solent explicare, quod de hoc adolescente nil tale significant. Tertio, quia audita Christi doctrina de perfectione: Si vis perfectus esse, vende, quae habes, & da pauperibus, tristis abiit. Nulla autem tristitia causa extabat, si simulato, ac malo animo Christum interrogabat.

QVÆSTIO II.

Quare Christus redarguit iuuenem, quod eum bonum vocauerit?

D quaestionem respondent, primo frequenter Patres, N. D. Cyrillus Alexandrin. lib. 2. Theaur. cap. 1. Ac si dicat Christus: Cur, ait, ad hominem solummodo venis, & quod Deo naturaliter inest, mihi attribuis? Vnus est enim natura bonus; Deus videlicet: si ergo me credis Deum esse, atque adeo bonum, qui quasi ad hominem venis? Sin autem Deum esse non putas, sed hominem solummodo, quare quod Deo soli attribuitur, homini accommodas? D. Augustinus lib. 3. contra Maxim. cap. 23. Responde, ait, me appellabis bonum, si me noueris Deum. Nam quando me nihil aliud, quam hominem putas. Quid me dicis bonum? Non te facit bonum, nec beatum, nisi bonum immutabile, quod est solus Deus. Theophylact. Verbis istis, ait, Christus mentem hominis illius sublimiorem reddere vult, ut ipse tanquam Deus agnoscat. Idem docent D. Gaudentius tract. 7. D. Hieronymus, D. Ambrosius in Lucam, D. Nazianzenus cit. orat. 36. Sic respondet Christus adolescenti, qui eum bonum vocauerat: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus. Vt scribunt Marcus, & Lucas. Venerat adolescens multum rudis in Christi cognitione, eum enim solum existimabat hominem, voluit ergo Dominus eum inducere ad plenam, ac perfectam sui fidem, ac proinde veluti obiurgando ait illi, quid me vocas bonum? crede me esse Deum, DD d 4 &

82. Chrysostr.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Chrysostr. Leont. Euthym. D. Thom.

Ob amore in Baptista repperit Christum loca.

83.

Memoria Baptista inducit ad fide.

84.

Matth. 3. Ioan. 1.

Euthym.

Historia textu. Matth. 19.

2.

D. Marcus.

Abulc.

Beda.

Chrysostr.

3.

August.

Marcus, Lucas.

Obseruatio mandatorum ad vitam.

I. Iancto.

Ioan. 10.

5. Hieron. Ambros. Cyrill. Nazianz.

Luc. 10. Basil. Chrysostr. Euthym. Theophyl.

6. Hieron. Cyrill. Ambros. Epiphani. Chrysostr. Basil.

Euthym. Theophyl. Abulc.

Bono animo venit.

Maldon. Barrad. Burgenf.

7. Cyrill.

August.

Theophyl.

Gaudent. Hieron. Ambros. Nazianz.

Ad plenam fidem inducit adole-scens.



Abulens. & tunc bonum dices, nemo enim per se bonus, nisi vnus solus Deus. Vnde bene ait Abulens. q. 113. Quod hæc verba non sunt dicta à Christo principaliter intentione redarguendi iuuenem, sed dandi ei occasionem, vt eum cum bonum dicat, Deum esse intelligat.

8. Chrysof. Secundo. D. Chrysofom. homil. 64. in Matth. Ad aliorum, ait, sensim Christus adducebat iuuenem, atque ab adulationis vitio liberare volebat, vt simul & à terrenis abduceret, & Deo affigeret. Similiter Theophylactus: Aliud quiddam, ait, corrigi Christus docendo adolescentem: ne aduletur his, cum quibus conuersaturus est. Accessit iuuenis blanda, & adulatoria voce Christum bonum Magistrum vocans; Dominus vult sensim ad altiora adducere, vt autem ipse instruat, eum obiurgat Christus, vt adulatorium animum deponens ad percipiendam cælestia fiat aptus. Adulator enim omnium bonorum cælestium incapax est. Deinde vt se ostendat Dominus valde alienum ab adulatione, ne quis cogitet, quod blandiente voce aliquid ab eo impetare valeat.

9. Hilar. Tertio. D. Hilarius can. 19. in Matth. Dominus, ait, in responsione ipsa seueritatem iudicij ex se futuri protestatur, dicens; quid me vocas bonum? is enim, cui sis impia, & iniqua punire, nomine bonitatis abstinet, soli hoc nomen Deo Patri reseruans: qui se iudicem dando officio seueritatis exuerit, non quod bonus & ipse non esset, sed quod congrua in eum seueritate iudex esset futurus. Christus Dominus à Patre suo constitutus est omnium iudex, vt vniciueque pro ratione factorum præmia, aut supplicia distribuat; bonitatis laudes à se reiciit, quæ iudicij æquitati quodammodo insidiari valent. Christus integerrimus iudex, nec elogijs subornari, nec laudibus corrumpi poterat, tamen eas deuittauit, vt nos doceat tales acclamationes declinare; nam cum hæc efficaciter animum alliciant, ac inclinent, facillè iustitiæ seueritatem eneruant, ac æquitati fascino inferunt.

10. Alb. Magn. Quarto. Albertus Magnus: Hoc dictum est, ait, quid me dicis bonum? propter imperfectam voluntatem: quoniam temporale bonum in corde eligens; quasi de bono spirituali. Quod etiam docet D. Thomas: Hoc dicit, ait, tanquam cognoscens eius affectum, quia non habebat animum ad obediendum bono. Adolescentem Dominum ore bonum vocat; & tamen eius verba maximè dissonabant ab eius corde; nam in ore resonabant bona spiritualia, in corde verò temporalia retinebat; illius ergo laudes, quas lingua pronuntiauerat, reiciit Christus, verba enim ore prolata, quæ longè discrepant à corde, contemnenda, ac parui facienda sunt, inde tanquam obiurgando Christus ea à se excludit, dicens: Quid me dicis bonum?

11. Celada. Quinto. Sic de hac re R. P. Magister Didacus Celada in Iudith, cap. 11. §. 48. num. 233. notat, quod Christus non reprehendit illos, qui tentantes eum dixerunt: Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, Matth. 22. n. 16. Et tamen hunc iuuenem, qui bono animo venit, vt dixi superiori quæst. grauiter obiurgat, quia eum bonum appellauerat: Quid me dicis bonum? Cur non etiam arguit, quid me dicis veracem? Respondet ipse, quod Dominus taxat epithetum, quod adolescens magistro posuit, nempe: bone; dicens: Magister bone. Non enim eminentia magistri mera bonitas est, sed veritas: vnde libenter admittit epitheton veri, quod insidiosè tentantes apposuerunt, nempe: Magister verax. Inuehitur

verò in iuuenem simplici animo prædictum, quia eum bonum appellauerat, in laude decantanda, magis conuenientia ad proprium munus attendenda est, quam illius excellentia, ac eminentia.

Sexto. Ait Christus: Quid me dicis bonum? vnus bonus Deus solus. Caietanus; Dixit hoc, ait, ad docendum exemplo suo, quod cum laudamur, reuocare proprias laudes in diuinam debeamus. Non negauit Christus Dominus his verbis se esse bonum, sed adolescenti quasi homo humiliter respondet, docens homines, omnium rerum bonitatem in vnum Deum, à quo procedit, referendam. Cum Elisabeth inumeras Virginis laudes decantasset: Benedicla tu inter mulieres. Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini ad me. Tunc sacratissima illa anima veluti impatiens suas laudes recipere, totum Deo tribuens, ait: Magnificat anima mea Dominum, Luc. 1. num. 47. quod ponderans D. Bernard. ferm. In signum magnum, ait, magna quidem præconia: sed & deuota humilitas, nihil sibi passa retinere, in eum magis vniuersa residit, cuius in se beneficia laudabantur. De his multa varijs in locis.

Septimo. D. Augustinus lib. 1. de Trinitate, cap. 13. Quid me interrogas, ait, de bono? id est, istam formam, quam vides, quid interrogas de bono, & vocas me secundum quod vides, magistrum bonum? Hæc forma filij hominis est, hæc forma apparebit in iudicio, non tantum iustis, sed impijs, & huius forma visio non erit in bonum eis, qui malè agunt. Ac si dicatur in persona Saluatoris ad adolescentem. Quid me dicis bonum? Nam hæc forma filij hominis, quæ in iudicio apparebit, & valde apparet bona iustis, & pijs, ac pro eis intercedit, & loquitur ad Patrem. At huius forma visio non erit in bonum eis, qui malè agunt. At hæc ipsa humana Saluatoris figura iniquis, & temporalia affectantibus, vt tu es ô adolescens, nõ apparebit eis tanquam bona, sed vt valde dura, ipsosque torquebit, ac damnabit, & quid magis terribile, ac formidabile, quam quod ipsa Saluatoris figura, quæ nobis Patrem reconciliauit, ac placabilem reddidit, ipsa nos in iudicio accusabit, & damnabit, ac æterno supplicio tradet?

Cum Absalon penderet è quercu. Tulit Ioab lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon, 2. Regum 18. num. 14. cumque ibi interfecit. Valde mirum sanè! quod mors sit iuueni illata à Ioab, qui pro ipso apud Patrem, multa sermonis figura intercesserat, 2. Regum 14. num. 19. Cur alta Dei prouidentia disponitur, vt Ioab, qui erat amicissimus Absalon, qui apud patrem pro illo fuerat locutus, modo illius sit crudelis carnifex? In maius sanè Absalon supplicium hoc ordinatur, vt illius sit acerrimus carnifex, qui eius fuerat pius mediator, vt ab illo reportaret mortem, per quem olim obtinuerat veniam. D. Chrysof. in Psalm. 7. Quod est, ait, admirabilis, qui Patrem ei reconciliauit, is ipsum interfecit, propemodum instans vehemens accusator.

Matth. 19. Dicit ille: quæ? Iesus autem dixit: non homicidium facies: non aduleterabis: non facies furtum: non falsum testimonium dices.

Num. 19. Honora patrem tuum, & matrem tuam, & diliges proximum tuum, sicut te ipsum.

12. Caietan.

Humili totæ sui laudè in Deū refert.

Luc. 1.

Bernard.

13. August.

Valde durè habere mortem à sui reconciliatore.

14. 2. Reg. 18.

2. Reg. 14.

Magni supplicij vt sui mediator, sit tui damnator Chrysof.

proximum tuum, sicut te ipsum.

Num. 20. Dicit illi adolescens: omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest?

VERSIONES.

Syriacus n. 18. Non occides: non mœchaberis.

Syriacus n. 19. Et diliges proximum tuum, vt animam tuam.

Syriacus n. 20. Hæc omnia obseruau à pueritia mea, in quo defectuosus sum?

Arias. Quid adhuc deficio?

ALTER TEXTVS.

Marc. 10. Præcepta nosti: ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum, & matrem.

Num. 20. At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia obseruau à iuuentute mea.

Luc. 18. n. 20. Mandata nosti: non occides: non mœchaberis: non furtum facies: non falsum testimonium dices: honora patrem tuum & matrem.

Num. 21. Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.

EXPOSITIO II.

INCERO, ac candido animo dixit Adolescens: Quæ, vt iam supra dixi quæst. 1. & cum interrogat, quæ præcepta ab eo obseruanda sunt, dupliciter explico. Primò, an ea præcepta, quæ à Moyse erant tradita in lege, vel illa, quæ à Iesu nouo Doctore regni cælorum suis discipulis, ac sectatoribus dabantur. Vel secundo, quæ Moyse fanciuit, & insuper multas esse traditiones Scribarum, ac Phariseorum, quæ præcepta hominum dicebantur, & inter mandata antiqua, ac noua, & recentes traditiones multa; & præmixta erat confusio, vt semper animus ad illa fuisset anceps, & dubius, ac aliquando perplexus, vt illa omnia non valeret memoria retinere, & ideo adolescens quærit, quænam mandata sint ab eo custodienda, ex his bonus gubernator instruitur, ne innouet leges, ac multiplicet mandata, vt in subditis confusionem faciat.

Non homicidium facies. Proponit Dominus præcepta antiqua in lege à Moyse promulgata, & minutim omnia mandata non recensuit, sed ex numeratis alia intelligi voluit, quæ non numerauerat, præsertim cum semper esset bene in lege instructo; & nullam facit hic Dominus mentionem

de præceptis primæ tabulæ, quæ ad Deum spectant, sed tantum de præceptis secundæ tabulæ, quæ proximum respiciunt, ad quod bene respondet Abulens. hoc loco, quæst. 124. quod in præceptis secundæ tabulæ includuntur præcepta primæ tabulæ; amor enim Dei in amore proximi includitur; nam amor Dei amorem proximi producit: amamus enim proximum propter Deum, ex eo enim, quod omnium rerum auctorem diligimus, illius opera amamus.

Dixit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea; à puero nempe in lege Dei educatus sum, & illius gratia præuentus. omnia mandata studiosè seruau: Quid adhuc mihi deest? vt securè, ac certo in vitam æternam deueniam. Syriacus legit: In quo defectuosus sum? boni scilicet, ac bonitatis, vt in ea proficiscar, & habeam vitam æternam.

QUESTIO III.

An adolescens in eo quod asseruit: Custodiui omnia mandata, sit mentitus?

MAGNA difficultas est in hac re, an adolescens in hoc suo dicto: Omnia mandata seruau, sit verum locutus? D. Hieronymus hic ait: Mentitur, si enim hoc, quod posuim est in mandatis diliges proximum tuum sicut te ipsum, opere compleset, quomodo postea audiens. Vade, & vende, quod habes, & da pauperibus. Tristis recessit, quia habebat multas possessiones? Similiter D. Basilus homil. in diuites auaros, ait: Quod mentitus est. D. Augustinus epistol. 89. Quod arroganter locutus. Eodem modo D. Irenæus lib. 4. cap. 26. Auctor Imperfectus homil. 33. D. Ambrosius præfat. in 1. Psalm. Clemens Alexandrinus lib. 4. stromat. Qui eo fundamento nituntur, quod cum audisset verbum da pauperibus, abijt tristis. Sapienter quidem, in corde enim vbi tam vehemens affectus ad diuitias, ac possessiones dominatur, diuina Dei gratia non solet assistere.

Oppositum tamen, quod scilicet adolescens mentitus, sed vera locutus docent Origenes homil. 8. in Matth. Beda, Marc. 10. & hoc cap. 19. Matth. Euthymius, Lyran. Abulens. Carthusianus, Maldonatus, Salmeiron, Barradas, Cornelius. Et nituntur optimo fundamento, nam postquam ipse dixit se omnia illa mandata seruasse. Addit D. Marcus: Iesus autem intuitus eum; dilexit eum. Absque dubio quia vera loquebatur, & mandata seruauerat. Beda citatus: Si mendacijs, aut simulationis; ait, noxa reus teneretur, nequaquam intuitus arcana cordis eius, eum diligere diceretur Iesus. Diligit enim Dominus eos, qui mandata legis, quamuis minora custodiunt.

Confirmatur ex Origen. citata homil. 8. qui ait: Christus Dominus quasi consentiens ei, qui dixit: Hæc omnia feci, respondit: Vade, vende, omnia da pauperibus. Non arguit Dominus adolescentem de mendacio, sed veluti dictis eius consentiens, ei maiorem perfectionem ostendit. Vnde citatus Origenes, iuxta Marcum habetur: Diligit eum, vel, osculatus est eum: videtur enim affirmasse professionem eius, omnia hæc seruau à iuuentute mea.

Nec ratio in oppositum omnino conuincit. Nam diligere proximum, sicut se ipsum, est præcepti: dare verò omnia pauperibus est consilij.

Abulens. Præcepta primæ tabulæ includuntur in præceptis secundæ.

17.

Syriacus.

18.

Hieron.

Basil.

August.

Irenæus.

Imperfect.

Ambros.

Clem. Alex.

19.

Origenes.

Beda.

Euthym.

Lyran.

Abulens.

Carthuf.

Maldon.

Barradas.

Cornel.

20.

Origenes.